

Chambalu, Augustus
De magistratibus Flaviorum

Herrn Prof. Dr. A. Fleckeis
in Dresden.
S. 4

DE MAGISTRATIBVS FLAVIORVM

SCRIPSIT

AVGVSTVS CHAMBALV



ADIECTA EST APPENDIX
DE TITI NOMINE IMPERATORIS

BONNAE
APVD AEMILIVM STRAVSS
MDCCCLXXXII

DE

MAGISTRATIBVS FLAVIORVM

SCRIPSIT

AVGVSTVS CHAMBALV

ADIECTA EST APPENDIX

DE TITI NOMINE IMPERATORIS

BONNAE

APVD AEMILIVM STRAVSS

MDCCCLXXXII


LIBRARY
MAR 22 1967
UNIVERSITY OF TORONTO

ARNOLDO SCHAEFER

GVILELMO MAVRENBRECHER

GVILELMO SCHMITZ

BONNENSIBVS

COLONIENSI

S.

CONSPECTVS.

I De tribuniciis potestatibus.

Vespasianus tribuniciam potestatem XII kal. Ian. a. 70 a senatu ante kal. Febr. a comitiis accepit, computavit eam a kal. Iul. a. 69. Titus ultimis a. 70 mensibus a patre cooptatus duxit tribuniciam potestatem a kal. Iul. a. 71. Domitianus tribuniciam potestatem non a XVIII kal. Oct. a. 81, die senatusconsulti, neque a comitiis duxit sed a die imperii i. e. ab id. Sept.

II De consulatibus.

Domitianus cos. fuit I a. 71 a kal. Mart. ad pridie kal. Iul. II a. 73 III a. 75 IV a. 76 ante V kal. Apr. V a. 77 ex id. Ian. VI a. 79 ante V kal. Apr.

Ordinariorum nundinia sub Vespasiano et Domitiano quadrimestria sub Tito bimestria fuerunt.

Comitia anni priora usque ad Titi principatum mense Martio inde V id. Ian. posteriora a. 54 inter III id. Oct. et kal. Nov. a. 57 et 58 inter III id. Oct. et VIII id. Nov. a. 69 III non. Nov. fuerunt. Vespasianus consul designatus est II XII kal. Ian. a. 70 III m. Nov. a. 70 IV—IX m. Mart. a. 71, 73—76, 78. Titus I XII kal. Ian. a. 70 II m. Nov. a. 71 III—VII m. Mart. a. 73—76, 78 VIII m. Nov. a. 79. Domitianus I m. Nov. a. 70 II m. Mart. a. 71 IV a. 75 VII m. Mart. a. 79 VIII m. Nov. a. 81 IX et X V id. Ian. a. 82 et 83 in decem annos continuos post Germanicam expeditionem.

III De censuris.

Vespasianus et Titus m. Nov. a. 72 designati censuram inierunt a. 73 m. Apr. Domitianus a. 85 m. Apr. censoriam potestatem recepit m. Nov. censor perpetuus factus est.

IV De pontificatibus maximis.

Vespasianus a. 70 m. Nov. Titus paulo post aditum imperium, Domitianus a. 81 m. Nov. pontificatus susceperunt.

V De p. p. honore.

Vespasianus p. p. factus est a. 70 m. Nov. Titus cum pon. max. iam esset, Domitianus incerto tempore.

VI Imperatoriae acclamationes:

Vespasiani XX Titi XVII Domitiani XXII secundum tempora digeruntur.

NOTARVM CONSPECTVS.

1) Tacitus de Vitellio alio fonte usus est ac Dio. Ambos fontes confudit Suetonius.
2) Cursores publici cottidie CLX m. p. permensi sunt.
3) Titus et Domitianus ante kal. Iul. a. 71 omnino nullos ante a. 74 non expresserunt nummos nisi aereos.
4) Titulus Iuliopolitanus ap. Perrot, Explorat. archéol. d. l. Galatie I a 1872 p. 209 aeque mendosus est atque Helveticus ap. G. Wilmanns, exempla inscr. lat. n. 1584.
5) Fasti magistratuum Interamnatium (IN 4195 a. 67—75) kal. Apr. ordinarios afferunt quia hi tunc magistratu fungi debuerunt.
6) Pugna Cremonensis altera facta est III kal. Nov. a. 69.
7) Titus ambas anni designationes ad unam redigere voluisse videtur.

COMPENDIA.

CIL = Corpus inscriptionum latinarum I—VI 1, VII, VIII.
CIGr = Corp. inscr. graecarum.
IN = Th. Mommsen, Inscr. regni Neapolitani lat.
Or. = Orelli, Inscr. lat. select. amplissima collectio I, II.
Henzen = eiusdem operis vol. III.
Grut. = Gruter, Inscr. antiquae totius orbis Romani.
Ephem. ep. = Ephemeris epigraphica I—IV.
C[1]) = H. Cohen, Médailles impériales I ed. alt. Paris 1880 [primae editionis a. 59 numeros uncis inclusi, supplementa a. 68 S. littera addita] Numeri nude positi ad imperatorem referunt de quo agitur.
CV = Cohen Vespasien p. 368—421 [p. 271—333 S. p. 54—68].
CVT = C. Vespasien et Titus p. 422 sq. [p. 334 S. p. 68].
CVTD = C. Vespasien, Tite et Domitien p. 423—425 [p. 335 sq. S. p. 69].
CVD = C. Vespasien et Domitien p. 425 [p. 336 sq.].
CT = C. Titus p. 429—464 [p. 341—381 S. p. 69—78].
CD = C. Domitien p. 470—538 [p. 387—460 S. p. 79—94].

Vbicunque de consulatibus aliquid affero fontibus non indicatis ad Iosephi Kleini fastos consulares lectorem remitto cuius V.D. nescias utrum magis amplissimam scientiam admireris an prudentiam qua certa ex incertis feliciter segregavit.

1) Feuardenti recentem nummorum quos imperatores cuderunt collectionem nondum vidi.

Senatus post necem Vitelli XIII[1]) kal. Ian. non convocatus[2]) postridie[3]) Muciano urbem nondum ingresso[4]) Vespasiano decrevit cuncta principibus solita[5]). Inter haec tribuniciam quoque potestatem fuisse eo probatur quod Othoni

---

1) Hoc die Vitellium obiisse e Taciti (hist. III, 67—86) et Iosephi (b. Iud. IV, 11, 4 p 226, 31 et 35 ed. Ddf.) consensu collegerunt F. H. Noris (Annus et epoch. Syromac. diss. I c. 3 p. 57—61 ed. Lips. a. 1696) et J. K. F. Knaake (Wie rechnet Josephus d. Jahre d. röm. Kaiser? in Ztschr. f. d. ges. luther. Theolog. u. Kirche XXXII a. 1871 p. 234 et 244). — Suetonium et Dionem si audias XII kal. Ian. mortuus est Vitellius. Suetonius enim (Vit. 16) ait imperatorem interfectum esse postridie quam legatos ad Flavianos duces misisset cum e Taciti narratione et nex et legationes eidem adscribendae sint diei XIII kal. Ian. Dio vero cum Vitellio tribuit annos LIV dies LXXXIX (ep. 65, 22 ex eo Zonaras XI, 16) diem natalem eius statuit fuisse VIII kal. Oct. a. 15 (Suet. Vit. 3) diem necis XII kal. Ian. a. 70. Quod autem subicit annum integrum Vitellium imperavisse deficientibus decem diebus primum imperator salutatus est Vitellius IIII non Ian. a. 69 (Tac. hist. I, 56 sq.) a legionibus inferioris Germaniae sed superior exercitus cum kal. Ian. Galba relicto in senatus verba iuravisset III non. easdem Vitellio accessit: scires illum priore biduo non penes rempublicam fuisse (Tac. l. c.). Cum igitur Dio Vitelli imperium a kal. Ian. ducere potuerit hinc quoque dies necis statuendus est XII kal. Ian. a. 70. — Ceterum ex his discrepantiis diversos fontes agnosco. Quorum quem Tacitus expressit Vitellium tradidit natum esse VII id. Sept. (Suet. Vit. 3) mortuum anno vitae septimo et quinquagesimo (Tac. h. III, 86) XIII kal. Ian. a. 70 ipso legationum die, alter quem Dio secutus est diem natalem habuit VIII kal. Oct. a. 15 diem necis alterum post legationes diem XII kal. Ian. a. 70 vitae spatium annos LIV dies LXXXIX. Ambos confudit Suetonius (Vit. 3. 16. 18)

2) Tac. h. III, 86.

3) Ioseph. l. c.

4) Tac. h. IV, 11.

5) id. IV, 3.

et Vitellio inter initia principatus a senatu oblata sunt illi tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores [1]) huic cuncta longis aliorum principatibus composita[2]). Senatusconsultum igitur de tribunicia potestate XII kal. Jan. factum est: comitia quando fuerint docet nos diploma militare non. Mart. a. 70 Nervae missum[3]). Vespasianus enim ibi praeter alterum consulatum solam habet tribuniciam potestatem ita ut e cunctis haec accepisse cetera deprecatus esse censendus est. Erat autem tunc Alexandriae[4]) quo senatus nuntius celeriter duabus viis venire potuit marina per Brundisium terrestri per Mediolanum Aquileiam Sirmium Nicomediam Antiochiam. Haec via longa est m. p. MMMDXXXVI[5]). Quod spatium quibus potissimum diebus cursores pervolaverint illustrat Tacitus cum dicit procuratoris Belgicae de seditione legionum IV et XXII litteras Romam allatas esse paulo ante IV id. Ian.[6]). Cursores igitur cum Magontiaco ex hibernis exercitus superioris[7]) Durocortorum[8]) inde Romam m. p. MCCCCXXXX[9]) permensi sint novem[10]) diebus Roma Alexandriam venerunt diebus XXII horis II et dimidia. Haec de terrestri via. De marina Pli-

---

1) id. I, 47.

2) id. II, 55.

3) CIL III p. 849.

4) XI kal. Iul. Romam nondum redierat. Tac. h. IV, 53.

5) Itiner. Antonini Aug. ed. De Fortia d'Urban (recueil des itinér. anciens. Paris 1845) p. 36. Numeros affero Lapiei qui codicum perversitatem ipsis viis metandis sanavit.

6) h. I, 12. 18. 55.

7) id. IV, 59.

8) Marquardt. Röm. Staatsvw. I² p. 267 et 274, 2.

9) Magontiaco Bingium m. p. 18 (itin. p. 225 aut 17 p. 111) inde Treveros 83 (p. 227) inde Durocortorum 150 (p. 108) inde trans Viennam Mediolanum 766 (p. 106) inde Romam 423 (p. 194). Brevissima spatia posui.

10) Seditio Magontiaci mane orta est cum nocte quae kal. Ian. secuta est aquilifer IV legionis in coloniam Agrippinensem iam adveniret (Tac. h. I, 56). Galba autem nuntio allato tam celeriter Pisonem adoptavit ut paucis adhibitis amicis comitia imperii transigeret (ibid. 14. 17. 18).

nius[1]) nos docet. Linum enim laudans miratur herbam esse quae admoveat Aegyptum Italiae in tantum ut Galerius a freto Siciliae Alexandriam septimo die pervenerit Balbillus sexto. Quo loco apparet Plinium eos attulisse qui sua memoria celerrime id iter confecerunt. Sed ad Vespasianum nuntii per hibernum mare venerunt[2]). Atque minimum si ponas spatium X dies sumendi sunt. E Taciti enim narrationis tenore[3]) Vespasianus de morte Vitelli post kal. Ian. a. 70 certior factus est i. e. post XII saltem diem. Iter autem quod Brundisio Romam ducit cum sit CCCLXXI m. p.[4]) diebus II horis VIII equo absolvitur. Cum igitur minima si ponas temporis spatia per mare post XII dies terrestri via post XXII Roma Alexandriam pervenire potuerit senatus nuntius: Romam repetiit via terrestri. Qui enim primis anni mensibus flant venti adversi sunt navigantibus Alexandria Romam[5]). Neque mihi verisimile est commissum esse hiberno mari a senatu nuntium. Sed ponamus quia privatos homines eo anni tempore per mare ad Vespasianum tendere videmus[6]) certe XXXIV diebus ante non. Mart. ad Vespasianum missum est. Itaque comitia tribuniciae potestatis ante kal. Febr. a. 70 fuerunt[7]).

---

1) N. h. XVIIII, 3.

2) Tac. h. IV, 51.

3) h. IV, 38. 51. — Ne mihi forte quisquam obiciat Vaspasianum XII kal. Ian. consulem designatum ipsis kalendis Alexandriae consulem processisse, id si verum est eo explicatur quod principes proximum post occupatum imperium consulatum suscipiebant quodque Vespasianus qui de pugna Cremonensi certior factus (Tac. h. III, 48) sperare potuit ante finem a. 69 urbe Antonium potiturum esse scivit senatum sibi et Tito consulatus mandaturum esse.

4) Id spatium computes e numeris a Lapieo p. 191 sq. datis. Plinius N. h. II, 108, 244 habet CCCLX. Flaminia via ab urbe Anconam et inde Brundisium longa est m. p. DLI (itin p. 93). De nostra via breviore cf. Horat. Sat. I, 5 cum interpretantibus.

5) Plin. N. h. II, 47, 122. 125.

6) Tac. h. IV, 51. Ioseph. b. Iud. VII, 4 p. 309, 41 sqq.

7) Cum igitur trinundinum quod inter senatusconsultum et comitia interfuit maximum si sumas numerum XLII dierum fuerit Sue-

Sed ut ab hac digressione regrediar annos tribuniciae potestatis computavit Vespasianus non a XII kal. Ian. neque a comitiis sed a die imperii[1]) i. e. a kal. Iul. a. 69[2]). Item Titus a patre Romam reverso ultimis a. 70 mensibus[3]) cooptatus ab eodem die a. 71 tribuniciam potestatem exorsus est[2]). Domitianus autem tribuniciam potestatem iam habuit XII kal. Oct. a. 81[4]). Quare Mommseno assentio qui a die imperii i. e. ab id. Sept. a. 81 Domitiani tribuniciam potestatem duxit[5]).

Consulatus Flaviorum ordinarii cum certi sint cum Domitiani suffectis mihi res est. Atque primum quidem consul fuit Domitianus certe id. Mart.[6]) a. 71 cum V saltem kal.

---

tonius (Vesp. 12) non videtur dixisse Vespasianum tribuniciam potestatem sero recepisse. Nam e quattuor quae habemus exemplis Othonis trinundinum XLV Neronis LIII dierum fuit neque horum tribunicias potestates argumenta modestiae affert Suetonius ut Vespasianam.

1) Tac. h. II, 79. Suet. Vesp. 6.

2) Borghesi opp. VI p. 1—36.

3) Renuntiatus autem imperator Romae et his praemiis dignatus abiit ut imperii patri consors fieret. Haec Philostrati (vit. Apoll. T. VI, 30) verba quin pertineant ad Titum imperatorem designatum (CV 46—51, 204 [255 sq. S. 55] Mommsen Röm. Staatsr. II^2 p. 1100 n. 1) dubium non est. Sed haud scio an in his praemiis lateant principatus honores ita ut senatus Titum simul imperatorem designaverit et rogante patre tribuniciae potestatis consortem. Vltimis autem a. 70 mensibus senatusconsultum factum esse eo efficitur quod Titus de eo certior factus est circa III kal. Ian. (annos natus hosce triginta. Philostrat. l. c. cf. Suet. Tit. 1. CIL I p. 356).

4) Ephem. ep. IV p. 496.

5) R. St. II p. 774 n. 2. — Senatusconsultum XVIII kal. Oct. factum est. Senatus enim priusquam edicto convocaretur ad curiam concurrit (Suet. T. 11). At idibus senatus legitimus erat (CIL I p. 374) ad quem senatores edicto non convocarentur.

6) Mommsen R. St. I p. 574.

Apr.[1]) cos. des. 11[2]) iam appareat. Sed omnino post sagacem Garrucci[3]) rei tractationem mihi dubium non est quin a. 71 post ordinarios quadrimestres suffecti consulatus bimestres fuerint[4]), licet Nervae kal. Mart. Domitianus Vespasiano kal. Apr. Casca suffectus sit. Domitianus autem consulatu ut ita dicam legitime suffecto eum continuavit quem Nervae loco gessit[5]). Haec de primo Domitiani consulatu. Quintum a. 77 iniit ut videtur id. Ian. Marmora enim graeca[6]) omnibus annis ordinarios consules memorant uno a. 77 iuxta Vespasianum ordinarium apparet Domitianus suffectus in quattuor massis[7]) cum ordinariorum Vespasiani VIII et Titi VI nullam exstet exemplum. Accedit quod chronographus qui dicitur a. 354[8]) cum ubique fere ordinarios exhibeat consules a. 77 praeter Vespasianum VIII ponit Domitianum V. Quare censeo Domitianum a. 77 quam celerrime in Titi locum successisse, chronographum autem suffectum qui plus temporis consul fuit quam ordinarius in fastos recepisse quia principis filius erat.

De ceteris Domitiani consulatibus nummi nos docent. Servati enim sunt e I consulatu nummi 6 e II 32 e III 12

---

1) id. p. 569.

2) CV 46—51 [255, 256 S. 55].

3) Intorno alla leggenda Vespasiano III et filio cos. Napoli 1851.

4) Sic Galba a. 69 consulatus distribuerat (Eph. ep. I p. 189 sqq.). Suffectos consulatus ut minus honoris habuerunt ita breviora spatia explevisse fasti quales Kleinius composuit multis locis produnt. Vltimi autem anni consulatus Claudio ac Nerone imperantibus saepe iam bimestres fuerunt (Asbach Anal. hist. et epigr. lat. p. 20 sq.).

5) Imperatorem Claudium a. 51 consulatum suffectum cum ordinario coniunxisse coniecit Asbach mus. rhenan. XXXV p. 179 sq.

6) Annali dell' inst. 42 p. 106—204.

7) l. c. p. 181 sq. n. 153—156. cf. CVD 1 [1].

8) p. 619 ed. Mommsen in Abhdlg. d. Kgl. Sächs. G. d. W. II. a. u. 720, 731 a. C. 31 ordinarii omittuntur quia memoria eorum damnata erat. a. vero 735 Lucretius suffectus affertur quod Saturninus solus ordinarius processerat. Contra ordinarii memorantur ubi alias suffecti iam apparent: kal. Ian. a. 721. id. Ian. a. 18, 40, 74, 92. XIV kal. Febr. a. 103. XI kal. easd. a. 86. 87. IX kal. easd. a. 41. III kal. easd. a. 69. Plura afferre nolo.

e IIII 5 e V 20 e VI 14 e VII 58[1]) quos omnes patre ac fratre imperantibus Domitianus aut ipse cudit aut per senatum cudendos curavit. Qua in re omittendum non est nummos quos Cohenius affert non exempla sed exemplaria esse ita ut e numero eorum de temporum spatiis aliquid consequi possimus. Septimi igitur consulatus nummi 58 signati sunt inter kal. Ian. a. 80 et id. Sept. a. 81. Quod vero longe maximus numerus anno I mensibus VIII diebus XII cusus est id praeter temporis spatium auctoritate Domitiani explicatur sub Tito maiore quam patre imperante[2]). Primi autem consulatus qui per XXII menses extenditur paucos reperiri nummos sic interpretor ut propter Titum ante kal. Iul. a. 71 omnino nullos ante a. 74 aereos tantum nummos cusos esse coniciam[3]). Quare cum neque septimi consulatus nummi longe plurimi neque primanorum exiguus numerus nos offendat suspicari licet alterum et quintum Domitiani consulatus quorum post septimum plurimi afferuntur nummi per

---

1) CD 404, 476, 533, 616, 635, 636, [401, 467, 466, 537, S. 94, I 552], 1, 2, 43, 96—100, 347, 348, 400, 405, 444—447, 477—479, 518, 534, 540, 614, 615, 628, 629, 632, 637, 638, 663—665, [276, 277, S. 53, I 302, 317—320, S. 62, I 392, 397, 402, 414—416, 468, 469, 459, S. 89, I 261, 538, 542, 543, 552, S. 96, I 274, 275, S. 51], 3, 20, 45, 374, 375, 401, 406, 448, 449, 633, 634 (bis), [278, 284, S. 3, I 203, 204, 398, 403, 417, S. 79, 52, I 266], 46, 47, 102, 402, 450, [22, 23, 322, 399, 418], 21, 31, 35, 48—52, 103, 104, 340, 382, 451—455, 480, 630, VD 1, [285, 294, 298, 24—27, S. 59, I 323, S. 70, 211, 419—422, S. 80, 470, 544, VD 1], 377—379, 383—385, 388, 389, 392, 393, 456, 457, 619, 623, [205, 206, 212, 213, S. 40, I 396, 221, 208, 209, 423, S. 81, 93, I 267], 53, 341, 349, 381, 386, 387, 394—399, 481, [28, 386, 394, 220, S. 41, I 219, S. 39, I 210, 214—217], 4—6, 32 (bis), 36, 37, 39 (bis), 40—42, 95, 342, 343, 373, 376, 380, 390, 391, 411, 422, 434—437, 439—443, 458—462, 542, 548, 549, 611, 612, 617, 620, 624, p. 526 n., [S. 54, I 279, 295, 299, 18, 300, 301, S. 58, I 3, 387, 388, S. 71, I 207, 222, 218, S. 72, 76, I 424—434, S. 88, I 518, 517, 539—541, 545, 268, p. 419 n.].

2) Suet. Tit. 9, Dom. 2.

3) Titus ipse nummos non signavit ante a. 74 per senatum feriundos curavit primum a. 72 (Mommsen, Numism. Ztschr. III, p. 463, 465). Idem observari licet de nummis Domitiani.

binos valuisse annos. Quod de altero consulatu aliunde probatur. Nam si verisimile est quod de nummis Domitiani conieci nummi aurei argenteique cos. II insignes[1]) a. 74 flati sunt. Itaque Domitianum putabimus cos. III fuisse a. 75 cos. IIII a. 76 cos. VI a. 79. Sed videamus an hos consulatus accuratius definire possimus. Apparet enim Domitianus in duobus titulis africanis[2]) cos. IIII iuxta Vespasianum cos. VII et Titum cos. V (a. 76). Cum designati consulatus Vespasiani et Titi non afferantur quartum consulatum fortasse iam ante V kal. Apr. a. 76 iniit Domitianus[3]). Quod de sexto demonstrari potest. Nam nummum CT 26 [154][4]) contra Mommsenum[5]) cum Eckhelio[6]) sic interpretor ut suffectorum consulatuum ratione non habita pro septimo omnium consulatuum expressus sit alter ordinarius. Cum igitur ante VIIII Iul. a. 79 septimum designatus iam fuerit Domitianus certe V kal. Apr. sextum inierat consulatum[7]). Vidimus igitur Domitianum quintum consulatum id. Ian. a. 77 primum kal. Mart. a. 71 quartum et sextum ante V kal. Apr. a. 76 et 79 iniisse. Quare tertium quoque initio a. 75 ab eo gestum esse putabimus. A.. vero 71 et 77 in locum unius ordinarii suffectus cum altero nundinium consulare explevit. Itaque ceteris quoque annis in locum patris aut fratris[8]) eum suc-

---

1) CD 614, 632, 663—665, [261, 262, 274, 275, S. 51].

2) CIL VIII, 10116, 10119 (v. 4 restituas: c[os. V]).

3) p. 11 n. 1.

4) T. Caes. Vespasian. imp. pont. tr. p. cos. VII. Caes. Domit. cos. des. II. s. c. cf. Num. Ztschr. IV p. 22.

5) l. c. p. 476.

6) D. N. VI p. 374.

7) Titulus Gordianus Perroti (Explorat. archéol. de la Galatie I a. 1872 p. 209) ante kal. Iul. a. 79 Vespasianum exhibet cos. IX des. X Titum cos. VII des. VIII Domitianum ut videtur cos. V des. VI, sed refellitur milliario XII viae Flaviae quae ducebat Tergesti Polam (CIL V, 7988). Is enim ab imperatore Tito positus post kal. Iul. a. 79 Titum nondum habet des. VIII cum alios honores omnes accurate afferat. Quare lapide Bithyniaco ad stabiliendos Domitiani consulatus uti non licet praesertim cum haud constet quomodo ultimi versus supplendi sint.

8) Suetonius (Vesp. 24) ait Vespasianum consulato suo nono

cessisse suspicamur. Qua coniectura a. 74 et 78 excluduntur. Illo enim a. id. Ian. Aelianus in locum Vespasiani cessit hoc anno privati homines consules ordinarii fuerunt. Sed ipsam coniecturam firmemus iis quae de nundinis consularibus et de designationibus dicenda sunt.

Atque primum quidem Domitiani temporibus quadrimestres fuisse consulatus ordinarios Suetonius significat[1]). Domitianus enim cum nullam ultra kal. Mai. gesserit consulatum nonnullos ad eam ipsam diem duxerit necesse est. Idem fasti Ostienses[2]) probant qui a. 92 consules habent id. Ian. k. Mai. k. Sept. licet Domitiano prima die privatus homo suffectus sit[3]). Neque omnino fastorum fragmina cum Suetonio pugnant excepto actorum fr. Arvalium loco a. 88[4]). Sed res non tam certa est ut Suetonium refellere possit. Ad Vespasiani vero tempora quod attinet recte videtur a. 70 adscripsisse Mommsenus titulum[5]) quem II Aug. cos. k.

---

mortuum esse. Sed ne hinc colligas Vespasianum VIIII kal. Iul. adhuc consulem fuisse Domitianum autem in Titi locum successisse: Suetonius perinde ac Tacitus (Agr. 44) nonnunquam ordinarios memorat consules ubi suffecti fasces iam susceperant (Calig. 8, Vit 3, Vesp. 2).

1) Dom. 13.

2) Henzen 6446.

3) Suet. Dom. 13.

4) CIL VI, 2065, II 65. LV ..... Plotio Grypo cos. XVII kal. Mai. Cum Minicius Rufus alter a. 88 consul ordinarius apud Censorinum (d. d. nat. 17, 11) L. praenomen habeat apparitorum autem titulus (CIL VI, 541) qui Q. exhibet aliorsum quoque mendosus sit (cf. aria, Rueo) conieceram LV e LM(inicio rufo) evasisse Grypum autem Domitiano suffectum secundum ea quae Asbachius probavit (mus. rhen. XXXV p. 181 n.) alterum locum obtinuisse. Qua de re Guil. Henzenus quem de litteris LV consului benignissime respondit mihi frustulum quidem deperditum esse sed fortasse apographum illarum litterarum in schedis esse quas ipse cum Eugenio Bormanno super lapidibus expressisset et ad Aemilium Huebnerum direxisset. Itaque Huebnerus a me rogatus eadem cum humanitate omnia tabulae CIL VI, 2065 apographa mihi misit et simul monuit LV litterarum in schedis vestigia non reperiri. Quamquam igitur frustra illos V. D. occupavi attamen facere non possum quin hoc quoque loco iis gratias agam quam maximas quod tironis studia tanta liberalitate adiuverunt.

5) CIL VI, 126.

Apr. posuit Flaviorum libertus. A. 71 ordinarios quaternos menses magistratu fungi debuisse supra[1]) contendi et infra[2]) e vernis eius anni comitiis probabo. A. vero 72 ordinarii post id. Apr. adhuc in actis fr. Arvalium apparent[3]). A. 79 ordinarios quadrimestres fuisse infra[4]) probare conabor. Primum ordinarii consules per binos menses fasces habuerunt a. 81. Quare ordinariorum nundinia sub Vespasiano quaternorum mensium fuisse a Tito coartata a Domitiano rursus ampliata esse censebimus.

Quae arctissime cum nundinis consularibus cohaeret quaestio quando Flaviis imperantibus consules designati sint ea difficilis est. Cum enim Neronis temporibus priora anni comitia inter IIII non. Mart. et V kal. Apr. fuerint sub Traiano iam V id. Ian. suffecti designati sunt consules[5]). Sed a. 71 et 79 adhuc mense Martio factam esse designationem probant Domitiani nummi. Cum enim prioribus eorum annorum dimidiis cos. II et VII designatus sit I autem et VI consulatus non inierit ante id. Ian.[6]) V id. Ian. designatus non est Domitianus. Et omnino apparet mense Ianuario suffectos designari consules tunc demum opus fuisse cum ordinarii mense Martio magistratum nondum habuerunt. Quod primum a. 81 factum esse supra[7]) vidimus. Putabimus igi-

---

1) p. 11.

2) p. 15.

3) Fasti magistratuum Interamnatium (IN 4195, a. 67—75) solis allatis consulibus ordinariis a. 72, 73, 74 kal. Apr. municipales magistratus inducunt. Quare a. 74 non eos dant consules qui kal. Apr. fasces gesserunt. Sed quia omnes quos habemus fasti municipales consules recte memorant suspicor Interamnates fastos eos posuisse consules qui k. Apr. magistratu fungi debuerunt ita ut hinc ordinariis consulibus a. 72, 73, 74 quaterni menses attribuendi sint. Magistratuum decreta quae suffectorum temporibus ordinarios proferunt servata sunt ex a 69 et 82. Sed hoc Deulti in urbe Thraciae datum, illud plane mirum est (CIL VI, 3828. Hermes II p. 103 sqq.).

4) p. 15.

5) Mommsen R. St. I p. 567 sqq.

6) p. 10 n. 6.

7) p. 15.

tur priora anni comitia ab imperatore Tito ad V id. Ian. reiecta esse. Domitianum autem servavisse quod frater instituerat infra significabo[1]).

Haec de prioribus anni comitiis. Posteriora a. 54 intra III id. Oct.[2]) et kal. Nov. fuerunt. Cum enim Novembris Decembrisque mensium consules suffecti tum designati sint[3]) ordinarios quoque anni insequentis iisdem diebus renuntiatos esse putabimus. A. 57 et 58 intra III id. Oct. et VIII id. Nov. comitia fuerunt[4]), a. vero 69 III non. Nov. Vitellius enim nuntios Cremonensis pugnae III kal. Nov.[5]) factae quos IIII non. Nov. sub meridiem fere acceperat primum stulte occultavit cum occultare nondum posset comitia festinavit[6]). Quare III non. Nov. antea quam moris esset comitia a Vitellio facta esse censebimus.

Postquam in universum de designationum temporibus disputavi de singulis Flaviorum designationibus mihi dicendum est.

---

1) p. 8.

2) Suet. Claud. 45.

3) id. 46.

4) Acta fr. Arval.

5) Antonius a Caecina de defectione certior factus (Tac. h. III, 13. 15) secundis a Verona castris Bedriacum venit. Postero die quinta ferme hora diei primum tertia ferme noctis hora iterum pugnatum est (id. 16. 22). Insequenti vero die Caecina adhuc consul fuit (id. 31). Quare ultimos si ponas dies III kal. Nov. pugnatum est V kal. easdem Caecina defecit. Atque hos ipsos dies ponendos esse alia probatur ratione. Nuntio enim defectionis Romam allato in Caecinae locum suffectus Rosius Regulus pridie kal. Nov. consulatum iniit (id. 37). Iter autem Bedriaco Cremonam longum est m. p. 22 (itin. p. 203) inde Bononiam 90 (p. 86) inde Romam 283 (p. 37 aut 284 p. 193 aut 281 p. 198) quod cursores confecerunt diebus duo et dimidio. Nuntius igitur qui aut pridie kal. Nov. aut paulo antea Romam venit V kal. Nov. e castris Caecinae abierat. Itaque hoc die Caecina Bedriaci defecit hoc die paulo antequam nuntius Romam abiit (nam is Caecinam a militibus vinctum esse iam rettulit Tac. h. III, 36 cf. 13 sq.) Antonius Veronae defectionem compertus Bedriacum profectus est, pugna vero fuit III kal. Nov.

6) Tac. h. III, 54 sq.

Atque Vespasianus iterum consul XII kal. Ian. a. 70 designatus est[1]) tertium mense Novembri a. 70. Quod enim tertium consulatum cum Tito non communicavit sic explico ut in comitiis Vespasiani non participis atque etiam tutoris imperii[2]) valuisse auctoritatem coniciam. Accedit quod nummorum quos Fortunae reduci dedicavit Vespasianus[3]) cos. II praebent 7, 1 cos. II des. III. Quare censeo Vespasianum a. 70 ante mensem Novembrem Romam reversum ut moris erat ordinariorum consulum alteris anni comitiis designatum esse. A quarto vero usque ad octavum consulatum mense Martio annorum proximorum eum renuntiatum esse tituli nummique probant quos p. 21 sqq. composui. Idem de nono valuisse suspicor. Titus cos. des. II nondum fuit inter IIII non. Mart. et kal. Iul. a. 71[4]) quare mense Novembri renuntiatus est[5]). A tertio vero consulatu ad septimum perinde ac XII kal. Ian. a. 70 una cum patre designatus est. Octavum eum mense Novembri a. 79 renuntiatum esse praeter milliarium viae Flaviae[6]) nummi significant. Nam imp. Titi nummorum unus[7]) exhibet cos. VII des VIII cum ceteri omnes designationem omittant.

Domitianus primum mense Novembri cum patre renuntiatus est[8]). Quartum vero designatus apparet altero a. 75 dimidio[9]). Sed omnino antecedentibus consulatus annis destinatus esse videtur. Etsi enim consules legitime ut ita dicam suffecti ipsis annis renuntiati sunt a. 40 cum Caius collega defuncto pridie id. Ian. loco cessisset successerunt qui in posteriora tempora designati erant[10]).

---

1) id. IV, 3.
2) Suet. Tit. 6.
3) 81—85, 171, 185, [28, 29, 265, 289, S. 4], 186, [290].
4) CV 46—51, 204, [255, 256, S. 55].
5) CV 536, [473].
6) CIL V, 7988.
7) CT 266, [68], cf. p. 24.
8) CVTD 13, [10], cf. Sallet in Ztschr. f. Num. V p. 248 Nr. 5.
9) Journal Asiatique, VI serie, tome XIII p. 96.
10) Dio 59, 24, 7. Suet. Calig. 17.

Eodem modo prioribus annis destinati sint necesse est qui usque ad Titi tempora ante IIII non. Mart. suffecti sunt consules.

Sed ut ad Domitianum redeamus octavum consul post mortem fratris designatus est. Caesaris enim nummi cos. VII praebent contra imperatorii praeter tres[1]) omnes cos. VII des. VIII[2]). Nonum vero et decimum initiis a. 82 et 83 destinatus est consul Domitianus [3]). Ad posteriores consulatus designatus nusquam conspicuus est. Quam rem Mommsenus[4]) ita interpretatur ut Domitianum post Germanicam expeditionem in decem annos continuos consulem renuntiatum esse nos admoneat. Ipsam designationem cur facta sit non explicat. Notum autem est[5]) Neroni ac Vitellio crimini datum esse quod consulatus nimis avide sibi arripuerunt. Quare putabimus haud debilem invidiam exorituram fuisse si Domitianus paucis diebus postquam priorem consulatum inierat ad insequentem designari se iussisset. Contra apparet oblivioni locum non fuisse ubi senatus ipse semel in complures annos consulatus decrevit praesertim cum Domitianus ut moris erat imperatorum minus acciperet quam senatus obtulerat. Itaque censeo illud senatusconsultum ad evitandam invidiam factum esse ex eo autem quod factum est elicio priora anni comitia sub Domitiano V iam id. Ian. fuisse. Vespasiano enim et Tito qui et ipsi omnibus fere annis ordinarii processerunt consules tale praesidium opus non fuit[6]).

1) CD 172, 344, 631, [71. 389, 545].

2) Si recte ad Domitianum refertur quod Plinius (Paneg. 57) ait novos imperatores aliis destinatos consulatus in se transtulisse a. 81 consules ordinarii et privati homines prioribus comitiis designati sunt. Titusne ambas designationes ad unam redigere voluit?

3) p. 25 et CD 600—606.

4) R. St. II p. 1043 n. 3.

5) Suet. Ner. 43. Vit. 11.

6) Post mortem Domitiani cum senatus animadvertere nondum deberet num illud senatusconsultum impugnaretur id ipsum Domitiano in invidiam conversum est. Plin. Paneg. 58. Auson. Grat. act. 17.

Vespasianus et Titus censores designati fuerunt ante V kal. Apr. censores ante kal. Iul. a. 73[1]. Quare censebimus eos m. Nov. a. 72[2]) designati censuram iniisse m. Apr.[3]) a. 73. Lustrum conditum est a. 74[4]).

Domitianus censoriam potestatem habuit ante non. Sept. a. 85. Cum enim eo die[5]) imp. VIIII fuerit iuxta imp. VIII cens. potes. iam apparet in nummo 176 [S. 18]. Sed quia in pluribus qui imp. VIII praebent nummis[6]) censor nondum apparet cumque omnino nummi qui inter kal. Ian. et id. Sept. a. 85 nondum censorem afferunt Domitianum numero aequiparentur fere iis qui eum iam habent censorem[7]) medio ferme inter kal. Ian. et id. Sept. tempore cens. potes. recepit Domitianus. Sed censoria potestate non contentus XIII k. Mart. a. 86[8]) apparet censor perpetuus. Cumque nummorum[9]) quos a. 85 post id. Sept. cudit 8 cens. pot. 9 cens. per. exhibeant medio fere inter id. Sept. et k. Ian. tempore censor perpetuus factus est. Quare eum m. Apr. censoriam potestatem recepisse m. Nov. comitiis perpetuum censorem renuntiatum esse contendo.

Quando Vespasianus pontificatum maximum et p. p. honorem acceperit docent nos nummi a. 70. Servati enim sunt magistratibus signati nummi

---

1) p. 22.
2) Mommsen R. St. I p. 569 n. 5.
3) id. II p. 340 n. 3.
4) Censorin. d. d. n. 18, 14.
5) CIL III p. 855.
6) p. 25.
7) 24, 28, [11, 15] et imp. VIII, VIIII.
8) CIL III p. 856.
9) 177, 184—190. 13, 18, 119, 308, 419. 431, 470. 509. 642.

ipsius:

cos. iter. 83, 84. 171, [28, 29, S. 18].

cos. iter. tr. pot. 86—91, [30—38, 40, 41, S. 5, 7, 8, 10].

tr. p. cos. iter. 81, 82, [28, S. 4].

tr. p. cos. iter. tr. pot. 92, 93, [39, S. 6, 9].

cos. desig. III. tr. pot. 80, [42].

imp. V. p. p. cos. II. desig. III. 209, [95] [1]).

pon. max. tr. p. cos. II. 359, [149].

senatus:

cos. II. 12, 85, [238, 265].

cos. II. tr. pot. 185, 333, 533, [289, 347, 470].

cos. iter. tr. pot. 94, [S. 61].

cos. iterum tribun. pot. 422.

p. m. tr. p. p. p. cos. II. 406, 513, 627; 334, 416, 424, [377, S. 86, I 493; 348, 386, 391].

p. m. tr. p. p. p. cos. II. des. III. 186, 518; 25; 324, VTD 13, [290, 518; 251; 338, VTD 10] [2]).

Quod n. 80 iuxta cos. desig. III solam tr. pot. exhibet cum senatus nummi 6 et p. m. et p. p. cum solo cos. II coniungant id ita explico ut propter ipsum consulatum designationem omissam esse contendam, quod vero nummi 209 et 359 eodem fere tempore hic solum pon. max. ille unum p. p. honorem praebet: utrumque ornamentum m. Nov. comitiorum tempore quamquam non ipso quo cos. III designatus est die in Vespasianum collatum esse videtur [3]).

Titus pontificatum maximum paulo post aditum imperium accepit. Nam ut omittam quod omnes eius nummi qui a. 79 post VIIII kal. Iul. cusi sunt p. m. praebent Suetoni verbis [4]) hunc sensum tribuo ut profitear Titum suum imperium non ut patris auspicia homicidiis contaminare voluisse. Sed p. p. honorem serius recepit. Nummorum enim quos ipse a. 79 post VIIII kal. Iul. expressit 7 p. p. honorem omittunt 26 eum iam exhibent [5]).

---

1) cos. II. tr. p. p. p. 66, 249, 278, 289. VTD 1, [21, 114, 126. 137. VTD 1] Ephesi cusi sunt.

2) pont. max. tr. p. ou pot? cos. II. desig. III. 381.

3) Aliter Mommsen in Ztschr. f. Num. I p. 242.

4) Tit. 9.

5) 70, [34] et p. 24.

Domitianus post kal. Nov. a. 81 adhuc pont. fuit[1]). Sed ipsis eius mensis comitiis designatus esse videtur pont. max.[2]). Quando autem p. p. factus sit nescio, cum praeter n. 631 senatus nummi omnes p. p. habeant, imperatoriorum autem nonnulli qui pon. max. exhibent p. p. omittant cum alii omisso pontificatu p. p. exhibeant.

Vespasianus.

imp. II (a. 70 post non. Mart.)

tribunic. potest. cos. II, CIL III p. 849.

imp. V (a. 70 m. Nov. Dec.).

imp. V. p. p. cos. II. desig. III. 209 [95]. I. Y. Akerman, Roman. coins. I a. 1834 p. 183 n. 23, 24.

imp. VI (a. 71, IIII non. Mart. et k. Iul.).

pont. max. tr. pot. II. imp. VI. p. p. cos. III. desig. IIII (non. Apr.). CIL III p. 850. Ephem. epigr. II p. 458 sq.

pontif. max. trib. pot. II. imp. VI. cos. III. desig. IIII. p. p. CIL VI, 1257.

imp. VII (a. 71 non. Apr. et k. Iul.).

pont. max. trib. potest. II. imp. VII. p. p. cos. III. des. IIII. CIL VI, 939.

imp. VIII (k. Iul. a. 71 et k. Iul. a. 72).

pont. max. tr. pot. III. imp. IIX. p. p. cos. III. des. IIII. CIL VI, 931.

pontif. max. tr. pot. III. imp. VIII. cos. III. desig. IIII. p. p. Hagen, prodr. n. inscr. lat. Helvet. syll. n. 13.

p. m. tr. pot. III. imp. VIII. p. p. cos. IIII. Grut. p. 189. 8[3]).

imp. VIIII (a. 72).

imp. III. pon. tr. pot. cos. II. CT 193 [228].

imp. III. pon. tr. pot. II. cos. II. CT 229, 231, 237, 380 [236, 237, 240, 302].

imp. III. pon. tr. pot. II. cos. II. Caesar Domitian. cos. des. II. CT 28 [152]. cf. CIL VI, 932 a et c.

---

1) 56—59, 370—372, 565; 551—554, 579, [35, 29—31, 201, 202, S. 37, 43; I 224—227], 631.

2) 666, 54, 55, 61—63, 559, 560, 564, 567—577; 344, 555—558, 561—563, 566, 33, 409, [8, S. 4, 5, I 32, 33, S. 6, I 228—239, S. 44—46; 389, 520—527, 296, 405].

3) id. 7: pont. max. trib. pot. III. cos. III. p. p. imp. VIII.

pontif. max. tr. pot. IIII. imp. VIIII. p. p. cos. IIII. CIL VI, 932 b.

imp. X (k. Iul. a. 72 et k. Iul. a. 73).

imp. IIII. pont. tr. pot. cos. II. CT 238 [241].

imp. IIII. pon. tr. pot. II. cos. II. CT 40, 201, 230, 234, 235, 383 [161, 259, 238, 312, S. 45, 47].

imp. IIII. pon. tr. pot. II. cos. II. Caesar Domitian. cos. des. II. CT 29 [153].

pont. max. trib. pot. imp. X. cos. IIII. p. p. cens. designato. Bull. dell' inst. arch. 1874 p. 139.

pont. max. trib. pot. IIII. imp. X. p. p. con. IIII. dic. V. censori design. ann. IIII. imperii eius. Ephem. epigr. IV p. 9.

p. m. tr. p. IIII. imp. X. p. p. cos. IIII. design. V. censor. CIL VI, 1238 [1]).

imp. XI (m. Apr. a. 73 et XII. k. Iun. a. 74).

T. Caesari Aug. f. im. V. trib. pot. II. CIL VI, 941.

pontif. max. tribunic. potest. V. imperator. XI. p. p. cos. V. [des. VI]. censor. CIL II, 2322.

imp. XIII (IIII non. Mart. a. 74 et k. Iul. a. 75).

pontifex maximus tribunic. potestat. V. imp. XIII. p. p. cos. V. designat. VI. censor (XII k. Iun.). CIL III p. 825.

pontifex maximus trib. pot. V. imp. XIII. p. p. cos. V. design. VI. censor. Henzen 5190, 5419.

pontif. max. trib. pot. VI. imp. XIII. cos. VI. desig. VII. censor. CIL III, 470 (idem graece).

pontif. max. trib. potes. VI. imp. XIII. p. p. cos. VI. desig. VII. censor. μουσεῖον κ. βιβλιοθ. τ. εὐαγγ. σχολ. τ. ἐν Σμύρνῃ περ. II. ἔτ. I a. 1875—76 p. 1 sq.

T. Caesar. Aug. f. Vespasianus imp. VI[I]. pont. trib. pot. IV. censor. cos. IV. desig. V. CIL VI, 1232.

imp. XIIII (a. 75 post IIII non. Mart.).

pontif. max. tribuni[c] potest. VI. imp. XIIII. p. p. cos. VI. desig. VII. censor. CIL VI, 933 [2]).

pont.] max. trib. pote[st. VI. cos. VI. desig]n. VII. imp. XIIII. p. p. c[ens.] IN 4987.

δημαρχι[κ]ης ἐξουσ[ίας τὸ] ζ' [αὐτοκράτωρ τὸ] ιδ' ὕπατος τὸ ϛ' ἀποδεδειγμένος τὸ ζ' πατὴρ πατρίδος [τειμη]τὴς . . . . . Δομιτιανὸς Καῖσαρ Σεβαστοῦ υἱὸς ὕπατος τὸ γ' ἀποδεδειγμένος τὸ δ'. Journal Asiatique. Ser. VI t. 13 a. 1869 p. 96.

---

1) pont. max. trib. po]t. IIII. imp. X. p. p. cos. I[II]I. censor CIL V, 4312.

2) p] m. tr. p. VI. imp. XIV. p. p. cos. V. design. VI. cens. Ephem. ep. IV p. 281.

imp. XVI (a. 76 ante V k. Apr.).

i]mp. T. C[aesa]r[e] Vespasia[no] Aug. f. imp. X. p[on]t. tr[ib. p]ot. [V.] c[os. V. c]aesar[e au]g. [f.] Domitiano. c[os.] IIII. CIL VIII, 10119.

imp. XVII (a. 76 ante k. Iul.).

Imp. T. [caesare vespasiano] Aug. f. imp. XI. pontif. tr. pot. V. cos. V. ibid. 10116.

pontif. max. trib. pot. VII. imp. XVII. p. p. cos. VII. design. VIII. Fiorelli, raccoltà epigr. II, 1151 = IN 2384.

pontif. maximus trib. potestat. V[II]. imp. XVII. p. p. censor. cos. VII. design. VIII. IN 2608.

pont. max. trib. pot. VII. imp. XVII. p. p. censor. cos. VII. design. VIII [1]).

imp. XVIII (k. Iul. a. 76 et V k. Apr. a. 78).

pontifex. maximus. tribunicia. potestat. VIII. imp. XVIII. p. p. censor. cos. VII. design. VIII. (IIII non. Dec.). CIL III, p. 853.

pont. max. trib. pot. VIII. imp. XIIX. cos. VIII. p. p. CIL II, 2041.

pont. max. tribunic. potest. VIII. imp. XVIII. p. p. censor. cos. VIII. IN 6247.

pont. max. trib. pot. VIII. imp. XVIII. cos. VIII. censor. Grut. p. 189, 10.

pon[t]. max. tribun. [pot. VIIII. im]p. XVII!. p. p. censor. cos. VIII. CIL VI, 935.

pont. max. trib. pot. IX. imp. XIIX. p. p. cos. VIII. CIL II, 4814.

pontifex. maximus. tribuniciae. potestatis. VIIII. imp. XIIX. consul. VIII. p. p. (VIII et IIII k. Aug.) ibid. 1423 [2]).

imp. XIX (IIII k. Aug. a. 77 et V k. Apr. a. 78).

ἀρχιερεὺς μέγιστος δη[μαρχικῆς ἐ]ξουσίας τὸ θ' αὐτοκράτωρ τὸ ιθ' ὕπατος τὸ η'. CIGr 1305.

imp. XX (a. 79 ante VIIII k. Iul.).

pontif. maximo. trib. potest. X. imp. XX. cos. VIIII. p. p. CIL III, 5201.

pont. max. trib. pot. X. imp. XX. p. p. cos. IX. CIL II, 2477.

pontif. max. trib. pot. X. imp. XX. cos. IX. p. p. censor. ibid. 4697.

---

1) pontifici. maxim[o] tribunic. potestat[e VIIII]. imp. XVII. p. p. cos. VIII. desig. VIIII. censori. CIL VI, 934.

pon. max. trib. pot. VII. imp. XVII. p. p. cos. VIIII. censor. IN 6262.

2) pont. max. trib., potest. VII. imp. XXVIII. cos. VIII. censor. Grut. p. 149, 7.

Titus.

imp. XIV (a. 79 post k. Iul.).

pontif. max. trib. pot. VIIII. [i]mp. XIIII. CIL V, 7986.

p. m. tr. p. VIIII. imp. XIIII. cos. VII. 271, 273—276, 280, [72, 80, 81, 77, 78, 86].

p. m. tr. p. VIIII. imp. XIIII. cos. VII. p. p. 267—270, 272—274, 277—282, [69, 70, 84, 73, 80, 81, 83, 85, 86, 88, S. 14—16].

pont. max. tr. pot. IX. imp. XIIII. p. p. cens. cos. VII. CIL V, 7988.

pontifex maximus tribunic. potestate VIIII. imp. XIIII. p. p. cos. VII. designatus. VIII. censor. CIL VI, 942.

imp. XV (m. Nov. a. 79 et k. Iul. a. 81).

p. m. tr. p. VIIII. imp. XV. cos. VII. p. p. 283—287, 292—299, [71, 74—76, 79, 84, 87, 98, S. 11—13].

pontif. max. tribuniciae potestat. IX. imp. XV. cens. cos. VII. desig. VIII. p. p. CIL VI, 1246.

pont. max trib. pot. IX. cos. VIII. imp. XV. p. p. Grut. p. 1082, 3.

pontifex. maximus tribunic. potestat. VIIII. imp. XV. p. p. censor. cos. VIII (id. Iun.). CIL III p. 854.

pont. max. trib. pot. VIIII. imp. XV. p. p. cos. VIII [et] Caesare Divi [ves]pasia[ni f. domitiano] cos. VII. CIL II, 4803, 4838.

ἀρχιερεῖ] μεγίστῳ δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ θ' αὐτοκράτορι τὸ ιε' πατρὶ πατρίδος ὑπάτῳ τὸ η' καὶ Καίσαρι [Δομετιανῷ] θεοῦ Οὐεσπασιανοῦ Σεβαστοῦ υἱῷ ὑπάτῳ τὸ ζ'. CIGr 3173.

p. m. tr. p. IX. imp. XV. cos. VIII. p. p. 300—324, [82, 89—97, 99—112, S. 17—20].

pontif. max. trib. pot. X. imp. XV. cos. VIII. Grut. p. 189, 9.

pont. max. trib. potest. X. imp. XV. cos. VI[II]. censor. p. p. [et] Caes. [divi f. domitianus] cos. VII. [p]rinc. iuvent[u]tis. CIL III, 318.

ἀρχιερεῖ μεγίστῳ δημαρχικῆς [ἐξου]σίας τὸ ι' αὐτοκράτορι τὸ [ι]ε' ὑπάτῳ τὸ η' πατρὶ πατρίδος τειμητῇ. CIGr add. 4300 w.

imp. XVII (k. Iul. a. 80 et k Iul. a. 81).

pontif. max. trib. pot. X. imp. XVII. [c]os. VIII. p. p. principi suo. CIL VI, 944.

pontifex. maximus. tribunic. potestate. X. imperator. XVII. pater. patriae. censor. cos. VIII. CIL VI, 1258.

Domitianus.

imp. II (m. Nov. a. 81 et a. 82).

p. m. tr. pot imp. II. cos. des. VIII. p. p. [257].

p. m. tr. pot. imp. II. cos. VIII. p. p. [260].

pont. max. trib. p. imp. II. p. p. cos. VIII. desig. VIIII. CIL II, 862.

ponti[f.] max. tr. pot. imp. II. cos. VIII. designat. VIIII. p. p. CIL III, 4176.

p. m. tr. pot. imp. II. cos. VIII. des. VIIII. p. p. 607—610, [258, 259, S. 48, 49].

pontifex max. trib. potest. imp. II. cos. VIII. designat. VIIII. p. p. (XIIII et XI k. Aug.). Or. 3118.

pontifex maximus. tribunic. potestat. II. imp. II. p. p. cos. VIII. designat. VIIII (XII k. Oct.). Ephem. ep. IV p. 496.

imp. V (id. Sept. a. 83 et id. Sept. a. 84).

tr. p. III. imp. V. cos. VIIII. p. p. 590, [241].

p. m. tr. pot. III. imp. V. cos. X. p. p. 355—359, [185—192, S. 34].

imp. VI (a. 84 ante id. Sept.).

p. m. tr. pot. III. [i]mp. VI. cos. X. p. p. 351—354.

imp. VIII (a. 85 ante id. Sept.).

p. m. tr. pot. IIII. imp. VIII. cos. XI. p. p. 360—368, [193—199, S. 35].

p. m. tr. p. IIII. imp. VIII. cos. XI. cens. potes. p. p. 176.

imp. VIIII (a. 85).

im]p. VIIII. cos. XI. [tribunicia po]testat. p. p. CIL II, 4918.

pontifex. maximus tribunic. potestat. IIII. imp. VIIII. cos. XI. censoria potestat. p. p. (non. Sept.). CIL III p. 855.

p. m. tr. p. IIII. imp. VIIII. cos. XI cens. pot. p. p. 178—183, [72, 78, 79, 102, 143, 144, S. 17].

p. m. tr. p. V. imp. VIIII. cos. XI. cens. pot. p. p. 184—188, [73, 80, 103, 145] [1]).

imp. XI (id. Sept. a. 85 et III id. Mai. a. 86).

p. m. tr. p. V. imp. XI. cos. XI. cens. p. p. p. 189, 190, [81, 123].

p. m. tr. p. V. imp. XI. cos. XII. cens. pot. p. p. 198, [74].

p. m. tr. p. V. imp. XI. cos. XII. cens. p. p. p. 191—197, 199, [82, 83, 104, 124, 146, 147, 170, S. 19].

pontifex. maximus. tribunic. potestat. V. imp. XI. censor. perpetuus. cos. XII. p. p. (XIII k. Mart.). CIL III p. 856.

imp. XII (a. 86 post XIII k. Mart.).

---

1) p. m. tr. p. V. imp. VIII. cos. XI. cens. pot. p. p. 177 [S. 18].

pontifex. maximus. tribunic. potestat. V imp. XII. censor. perpetuus. cos. XII. p. p. (III. id. Mai) ibid. p. 857.

p. m. tr. p. V. imp. XII. cos. XII. cens. p. p. p. 200—206, [75, 84, 105, 106, 148, 171, S. 20].

imp. XIII (a. 86 post III id. Mai.).

p. m tr. p. V. imp. XIII. cos. XII. cens p. p. p. 207, [149].

p. m. tr. p. VI. imp. XIII. cos. XII. cens p. p. p. 209, 210, [S. 21].

imp. XIIII (id. Sept. a. 86 et id. Sept. a. 88).

p. m. tr. p. VI. imp. XIIII. cos. XII. cens. p. p. p. 208, 211, [76, 150].

p. m. tr. p. VI. imp. XIIII. cos. XIII. cens p. p. p. 212—220, [86, 107, 125, 152, 172, S. 22—24].

p. m. tr. p. VII. imp. XIIII. cos. XIII. cens. p. p. p. 221—230. [88, 109, 153, 154, 173, 175, S. 25—27].

p. m. tr. p. VII. imp. XIIII. cos. XIII. censor perpetuus. p. p. 231, [356].

p. m. tr. p. VII. imp. XIIII. cos. XIIII. cens. p. p. p. 232—241, [5, 77, 89, 110, 126, 174, S. 28, 29].

pontifex ma[ximus tribunic. pot]estat. VII. imp. XIIII. [censor. perpetuus]. cos. XIIII p. p. Ephem. ep. IV p. 183.

imp. XV (a. 88 ante id. Sept.).

p. m. tr. p. VII. imp. XV. cos. XIIII. cens. p. p. p. 242, [127].

imp. XVI (id. Sept. a. 88 et id. Sept. a. 89).

p. m. tr. p. VIII. imp. XVI. cos. XIIII. cens. p. p. p. 243, [128].

imp. XVII (id. Sept. a. 88 et id. Sept. a. 89).

p. m. tr. p. VIII. imp. XVII. cos. XIIII. cens. p. p. p. 244—247, [90, 111, 129, 156].

imp. XVIII (id. Sept. a. 88 et id. Sept. a. 89).

p. m. tr. p. VIII. imp. XVIII. cos. XIIII. cens. p. p. p. 248, 249, [130, 157].

imp. XIX (id. Sept. a. 88 et a. 89).

p. m. tr. p. VIII. imp. XIX. cos. XIIII. cens. p. p. p. 250—253, [91, 112, 131, 158].

p. m. tr. p. VIIII. imp. XIX. cos. XIIII. cens. p. p. p. 254, [159].

imp. XXI (id. Sept. a. 89 et id. Sept. a. 92).

p. m. tr. p. VIIII. imp. XXI. cos. XIIII. cens. p. p. p. 255—258, [92, 113, 114, 132, 133, 160].

p. m. tr. p. VIIII. imp. XXI. cos. XV. cens. p. p. p. 259—262, [93, 115, 134, 161, S. 30].

pontifex maxsumus. tribuniciae. potestatis. VIIII. imp. XXI. cos. XV. censor. perpetuus. p. p. CIL II, 4721, 4722.

p. m. tr. p. X. imp. XXI. cos. XV. cens. p. p. p. 263—266, [94, 116, 135, 162].

p. m. tr. p. XI. imp. XXI. cos. XV. cens. p p. p. 267—270, [95, 117, 136, 163].

p. m. tr. p. XI. imp. XXI. cos. XVI. cens. p. p. p. 271—277, [6, 96, 118, 137, 164, 354].

pontifex maximus tribunic potestat XI imperator XXI censor perpetuus consul XVI p p (XVIII k. Iul.). CIL III, p. 858.

pont. m[ax trib] pot. XI. imp. XXI. cos. XVI. cens. p. p. p. CIL VI, 947.

imp. XXII (id. Sept. a. 92 et XIV k. Oct. a. 96).

pontifex. maximus. tribunic. potestat. XII. imp. XXII cos XVI censor perpetuus p. p. (III id. Iul.). CIL III p. 859.

p. m. tr. p. XII. imp. XXII. cos. XVI. cens. p. p. p. 278—281, [97, 119, 138, 165].

p. m. tr. p. XIII. imp. XXII. cos. XVI. cens. p. p. p. 282—284, [98, 120, 139, 166].

p. m. tr. p. XIIII. imp. XXII. cos. XVI. cens. p. p. p. 285, [99].

p. m. tr. p. XIIII. imp. XXII. cos. XVII. cens. p. p. p. 94. 286—289, [2, 100, 121, 140, 141, 168, S. 31].

pont. ma[x] trib. potest. XIII[I] imp. XXII. cos. XVI[I] censori perpet. p. [p.]. Fiorelli, raccoltà epigr. II, 697 = IN 2609.

p. m. tr. p. XV. imp. XXII. cos. XVII. cens. p. p. p. 290—296, [101, 122, 142, 169, 178, 179, S. 33].

p. m. tr. p. XVI. imp. XXII. cos. XVII. cens. p. p. p. 297, [S. 32][1]).

Tempora addidi quae e monumentis redeunt. Quando autem revera singulae acclamationes receptae sint tum demum patebit cum bella quae Flavii imperatores cum gentibus externis gesserunt ad certa tempora redacta erunt. Desideratur igitur rerum militarium cum imperatoriis acclamationibus accurata comparatio.

1) p. m. tr. p. XII. imp. XXIII. cos. XVI. cens. p. p. p. 298.

Titus in nummis quos patre imperante ex a. 74 ipse signavit apparet: T. Caesar imp. Vespasianus [1]) in iis quos ex a. 72 per senatum feriundos curavit: T. Caesar imp. vel T. Caesar Vespasianus imp. [2]). Quae diversa vocis imperatoris cum ceteris nominibus compositio quem sensum habeat docent nos senatus nummi CT 193, [228], 229, 231, 237, 380, [236, 237, 240, 302], 28, [152], 238, [241], 40, 201, 230, 234, 235, 383, [161, 259, 238, 312, S. 45, 47], 29, [153] [3]) et ipsius nummi 101, 102, [S. 6, I 41]. In his enim ordo conspicuus est: T. Caesar imp. Vespasian. imp. VIII. in illis: T. Caesar Vespasianus imp. III vel IIII. Sequitur ut Titus ipse sibi cognomen imperatoris vindicaverit senatus autem ei nihil tribuerit quam eas imperatorias salutationes quas libera republica victis hostibus duces susceperunt. Qua in re senatum Tito rectius egisse Dionis epitomator [4]) significat. Nam licet ad triumphum Iudaicum referas quod Vespasianus et Titus captis Hierosolymis imperatoriis acclamationibus ornati sunt: ipse triumphus ante kal. Iul. a. 71 actus est [5]), quo tempore Titus imperii particeps nondum fuit. Quare Titus — nisi forte quis Dionis locum cum iis coniungit quae e Philostrati vita Apollon. T. VI, 30 subscripsi p. 10 n. 3 — Titus primum antiquo more imperator salutatus est.

Sed neque senatus neque Titus ipse semper eam vim tutati sunt quam ab initio imperatoris vocabulo tribuerant. A. enim 77 Titus in nummis argenteis 103, 104, [42, 43] apparet: T. Caesar Vespasianus imp. XIII in senatus

1) Mommsen, Wiener Num. Ztschr. III p. 462.

2) id. p. 467 sq.

3) cf. p. 21 sq.

4) 66, 7.

5) Currum triumphalem Domitianus consul (a kal. Mart. ad pridie kal. Iul. cf. p. 11) equo albo comitatus est. Zonaras XI, 17. Suet. Dom. 2.

nummis permultis [1]): T. Caes. imp. Aug. f. Apparet autem senatum Tito plus concessisse quam ipsum senatui. Nam et nummi argentei rariores sunt quam aerei et Titus eam quam n. 103, 104 ingressus est viam quodammodo iam praeivit n. 101, 102.

Omnino autem si quaeras quid illa senatus cum Tito simultas sibi velit: Vespasiani et Titi aemulatio fuit. Cum enim inde a lege qua XII kal. Ian. a. 70 senatus imperium Vespasiani sanxit [2]) Vespasiani nominum ordo solitus sit: Imp. Caesar Vespasianus Augustus in nonnullis nummis omisso praenomine imperatoris sola conspicua sunt verba: Caesar Vespasianus Aug. [3]). Atque nummi ipsi accurate respondent nummis CT ubi T. Caesar Vespasianus profertur aeque omisso imperatoris nomine. Qui temporum notis carent nummi cusi esse videntur ubi primum Titus nummos signavit i. e. a. 74 aut paulo post. Quod vero ad eos nummos attinet qui Vespasiani XIX Titi XIII imperatoriam acclamationem exhibent: omnino mirum quod post kal. Iul. a. 71 Vespasianus in nummis nullas memorat salutationes nisi XIII, XIV, XIX Titus in suis ipsius nummis solas VIII et XIII. Si autem animo reputes quot imperatoriae acclamationes in

---

1) T. Caes. imp. Aug. f. tr. p. cos. VI censor. 85, 86, 88, 117, 118, 128—130, 142, 146, 147, 176, 187, 188, 217, 240, 260, 261, [175, 176, 189, 190, S. 35, I 196, S. 34, I 207, 199, S. 37, I 216 a, 223, S. 43, I 254, 268, 282, S. 49].

T. Caes. imp. Aug. f. pon. tr. p. cos. VI censor. 184, 196, 390, [220, 231, 316].

2) CIL VI, 930.

3)

CV	Caesar Vespasianus Aug.
27—30, [3—6]	annona Aug.
53, 54, [18, 16]	Ceres August.
210, [96]	imp. XIII.
211, [97]	imp. XIIII.
213—217, 220, 221, [98—104, S. 20]	imp. XIX.
CT	T. Caesar Vespasianus.
16, 17, [4, 5]	annona Aug.
30, 31, [10, 11]	Ceres Aug.
103, 104, [42, 43]	imp. XIII.

nummis sub Tito et Domitiano expressae sint quodque in lapidibus iam Vespasiano imperante acclamationes saepissime afferuntur, dicendum erit eas in nummis propter Titum omissas esse. Nam si exprimerentur necesse fuit ut Titus aut solas acclamationes aut insuper imperatoris cognomen susciperet, sed hoc Vespasianus illud Titus ipse impedivit. Si vero quis quaerat cur in lapidibus acclamationes appareant: lapides rariores sunt quam nummi neque Vespasiani tituli Titianis respondent ut Titi nummi Vespasianis.

Sed ipsa patris et filii aemulatio latius patet. Omitto quod ex a. 74 Titi nummi argentei afferuntur [1]) qui etiam praenomen imperatoris Tito tribunnt, quia Ephesi cusi sunt, omitto nummum argenteum a. 75 [2]) et aereum a. 74 [3]) quod insuper et Augusti nomen et pontificatum maximum vivo patre Tito addunt: sed iam ante a. 72 aemulatio occurrit. Nummorum enim quos ante a. 74 Vespasianus ante a. 72 senatus ita signaverunt ut imperatorem una cum filiis exhiberent [4])

---

1) Imp. T. Caesar cos. III.
Aug. 21, [6].
pax Augustae 123, [49].

2) Imp. Titus Caes. Vespasian. Aug. p. m. cos. IIII. 50, [17].

3) Imp. T. Caes. Vespasian. Aug. cos. III. 378, [298]; n. 107, [191] Salletus correxit in Ztschr. f. Num. V p. 249 n. 12 (cos. VII).

4) nummi imperatoris ipsius:
Aug. Vesp. liberi imp. VTD 1, 2, [1, S. 7], (a. 70, 71).
liberi imp. Aug. Vespas. 248, 249, [113, 114], (a. 70).
liberi imp. Vesp. VTD 10, [8].
Caesares Vesp. Aug. fili 52, [15].
Vesp. Aug. fili Caesares 570, [S. 39].
Titus et Domitianus Caesares princ. iuven. 538—546, [185—191, S. 33, 34].
Caesar Aug. f. cos. Caesar Aug. f. pr. VTD 3—6, [2—4, S. 2].
Imp. Caes. Vespas. Aug. f. VT 1—5, [1—3, S. 1], (a. 72 sq.).
Imp. T. fi. Au. i[mp.] VT 6, [4].
Imp. [T.] Vespas. Cae. Dom(etti.) Caes. Sallet. Ztschr. f. Num. V p. 246 sq. cf. VTD 8, [6].
senatus nummi:
T. et Dom. C. ex s. c. 533, [470], (a. 70).
Tito et Domit. . . . . VTD 15.
T. et Domitian. Caesares princ. iuven. s. c. 534, 535, [471, 472].


nonnulli filios uno vocabulo complectuntur alii Titum a Domitiano seiungunt. Atque horum eos qui ante kal. Iul. a. 71 cusi sunt imperatoris nomen omittere mirum non est sed notandum est quod a. 73 in argenteo n. 532 [184] tantum exstat: T. Caesar cum antea vel praenomen imperatoris appareat.

Sed haec hoc loco ad finem perduci non possunt. Cum enim inscriptiones etiam plures exhibeant imp. nominis varietates in unamquamque inquirendum est a quo quando ubi denique inscripta sit. Quae hoc loco fieri non possunt.

Caesar Aug. f. cos. Caesar Aug. f. pr. s. c. VTD 12, [9].
[T.] Caes. Aug. f. cos. D. Caes. Aug. f. pr. VTD 14, [11].
Caesar Aug. f. desig. imp. Aug. f cos. desig. iter. s. c. 46—51, [255, 256, S. 55].
T. imp. Caesar. cos. des. II. Caesar Domit. cos. des. II s. c. 536, [473].
Imp . . . sar Domitianus Aug. f. cos. desg. II s. c. 537.
Imp. (T. Caes. Aug. f. des.?) imp. Domitian. Aug. f. cos. desig. II. s. c. 204, [299].
VD 1, [1] Caesar Aug. f. Domitianus cos. V. propter V Domitiani consulatum expressus esse videtur. cf. p. 11; eodem anno cusus est VTD 7, [5] Caesar Aug. f. cos. VI. cens. tr. p.

BONNAE TYPIS CAROLI GEORGI VNIV. TYPOGR.

Chambalu, Augustus
De magistratibus Flaviorum


UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 13 22 15 08 018 1